



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Enchiridion, Sive Manuale Confessariorvm Et  
Poenitentivm**

**Azpilcueta, Martín de**

**Antverpiæ, 1625**

Georgius Calandrus Lusatianus Iuriscons. Candido Lectori S.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41661**



GEORGIVS  
CALANDRVS LVSI-  
TANVS IVRISCONS.  
Candido Lectori S.

**E**XPECTABAM (Lector beneuole) aliam maiorem occasionem, qua possem Dominum, ac præceptor meo officij mei debitum ex integro persoluere, sed recentis editio aurei Enchiridi, siue Manualis Confessiorum, & operum aliorum eiusdem frequentia, non patiuntur longiores moras, & me quasi nolentem cogant, vt cumque prodiere foras, ac illū veluti magna summæ creditorem, leui quodam, sed grati animi indice, munusculo præuenire, donec pleno aliquando opere satisfaciam. Sic frondibus coronantur Diuorum altaria, & mola litat, qui thura non habent. Quod autem præcipue me ad hoc adegit, est, quod arbitrer è Republica Christiana esse, ut vel leuis notitia habeatur de magna estimatione eruditionis eius, quam cum vita integritate cōiunctam semper habuit, deq; qualitate operū eius, quo libetius ea legantur. Ob oculos ergo propono tibi, candido Lector, vnum nostri seculi doctrinæ, ac sanctitatis exemplar, D. Martinum ab Azpilcueta Doctorem Nauarrum, qui tam præfato Manuali, quā omnibus alijs, vtrūq; sartum rectum ostendit. Alterum quidem, dum primum in se, deinde in alijs vita omnia atq; peccata remediis opportunis extirpat, & actus hominū ad bene beateq; viuēdū sedatio instruit. Alterum dū in ijs rite peragendis omnia iuris

iuris diuini  
netralia res  
medium pr  
breuitate, v  
nu suis prio  
na superarū  
uissima, vel  
cupletat: vel  
gente quip  
spiritus in si  
ture cygnus  
dulatur. In e  
enitescit: qu  
bidum mana  
fæcata, vtro  
tiæ bene co  
tatis flores,  
gratia, ac lep  
vndique, siu  
cudit. V triu  
qui à quadra  
bricæ (Casto  
cœpi sub ei  
que ad præs  
tia S.D.N.C  
per septenn  
pres, quantu  
præceptor  
proficio, sic  
mè. Quantu  
ctor, quod c  
ra insignes  
iiciuntur et  
taquinque  
fetus: quo  
ne cecineru

iuris diuini & humani, & vtriusq; philosophiq; pe-  
netralia referat, & abstrusa quæque recludit, & in  
medium profert, ea copia, vt nihil addi possit, ea  
breuitate, vt nihil diminui, tanto in hac vltima ma-  
nu suis prioribus superior, quanto suè priores alic-  
na superarunt. Sic sunt eiusdem Auctoris opera no-  
uissima, vel quæ addendo prioribus olim editis lo-  
cupletat: vel quæ de novo nunc edit plurima. Ver-  
gente quippe deorsum conditione corporea, vigor  
spiritus in sublimiora concendit, & quasi alter na-  
ture cygnus quo morti proximior, eo suauius mo-  
dulatur. In eo sub tenui carne tenuissimus spiritus  
enitescit: quasi sine carne totus spiritus. Nihil tur-  
bidum manat, nil insipidum, sed omnia pura, ac de-  
fæcata, vtroque sale, tam conscientię, quam scien-  
tiæ bene condita. Fluunt ex ore doctrinæ, ac sancti-  
tatis flores, Amaltheæ cornu copiam dixeris, sic  
gratia, ac lepore doctæ ac beatæ animæ circumflant  
vndique, siue antiquis operibus addit, siue de novo  
cudit. Vtriusque temporis ego testis oculatus sum,  
qui à quadraginta annis Salmanticæ, & Conym-  
bricæ (Castellæ, ac Lusitanæ literarum Emporijs)  
cœpi sub eius disciplina operam iuri nauare, & us-  
que ad præsens, quo Romæ in almo gymnasio, gra-  
tia S.D.N. Gregorij XIIII. Pontificis Opt. Max. iam  
per septennium iuris Pontificij ordinarius inter-  
pres, quantumvis minimus, exsisto, eiusdem D. mei  
præceptoris eximiis scriptis addisco, & quotidie  
proficio, sicut omnibus multum, sic magis nouissi-  
mè. Quanto igitur maiori laude putas, Candide Le-  
ctor, quod celebrare potuissent hodierna eius ope-  
ra insignes illi duo viri, quorum Epigrammata sub-  
iiciuntur edita Conymbricæ ab hinc annis trigin-  
taquinque, quo tempore ille primos suos edebat  
fœtus: quorum alter heroico, alter elegiaco carmi-  
ne cecinerunt, toto orbe iam tunc celeberrimum

Nauarrum, tum prælegendo, tum de iure respon-  
dendo in inclytis Hispaniarum Academiis ea, qua  
didicerat, simul & docuerat antea iunior in Galli-  
canis, si vidissent eundem nunc longe seniorem, &  
maiori otio Romæ vetera sua augentem, & noua  
indies proferentem, & vrraque ingenio acutissimo  
exornantem, industria solertissima elaboratam, do-  
ctrina absolutissima perficientem, gratisq; ad quæ-  
sita tamquam alterum iuris Apollinem ex tripode  
respondentem? Deduxi, candide Lector, magni mei  
præceptoris, ac domini primas hic tantum lineas:  
depingent alij suos colores, hoc artem oratoriam,  
in qua non adeo versor, desiderat, illi simplex veri-  
tas, in qua soleo versari, sufficit. Bene vale, & frue-  
re. Romæ 20. Martij M.D.Lxxix.

DVO

EPI  
ILL  
INS

Quos Regial  
gnis hono  
bus a

Alterum  
na

M

Sæpe renascent  
Non tu Diætao  
Auctoremque  
Ania nocturna  
Nec tripodas T  
sed liquida ver  
pectora nostra  
Corrigis, et in  
Spes nimias, an  
Pontifices tu p  
Ausonia, Reg  
Nosse modum

